



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XVI. Arma quibus hostem lædimus cominus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

possint vulnus accipere, & proximior dextra sit, quæ plagam possit inferre. Instruendos igitur ac protegendos omni arte pugnandi quocunque genere armorum constat esse tyrones. Necesse est enim ut dimicandi sumat audaciam, qui munito capite vel pectore non timet vulnus.

Exercitus
Romanus
corruptus.

§. 19. Neglectus eo tempore exercitus Romanus est. Nam Valens Gothos admisit & eorum præsidio fatus, militem suum despexit, nec omnino absq; causa, ut qui Imperatorum suorum nece clariores, quam victoria contra hostem solerent euadere. Gratianus autem Alanis errore eodem confidebat, suorum passus insidias. Cataphractas vocat Vegetius pectoris munimentum, & lorica, omniaque quæ corpus ætate & sepiunt ac muniunt, nudati hoc modo Gothorum impetu turbatur. indicat Paul. Diac. l. 12. & Orosius. Ad primum Gothorum impetum, perturbata sunt Romanorum equitum turma, nudatoque pedes deferuere, qui mox equitatu hostium septi, ac sagittarum nubibus obruti. Postea Thoracomacho se munierunt, de quo Steenvechius ex noticia imperij. Inter omnia, quæ aduersum bellicum prouida posteritatis cogitauit antiquitas, Thoracomachum quoque mirâ vilitate ad leuamen corporis, armorum ponderi & asperitati subiecit. hoc enim vestimenti genus, quod decoactili ad mensuram & tutelam humani pectoris conficitur, de mollibus lanis timoris sollicitudo, solertia magistra, composuit: ut hoc in ducto primum, lorica vel cliueus, aut his similia fragilitatem corporis, ponderis asperitate non laderent; membra quoque vestientis, inter armorum hyemisque discrimen tali solatio adiuta labori sufficiant. Sanè ne idem Thoracomachus pluuio verberatus ingrauescente pondere adficiat vestientem, de Libycis bene confectis pellibus ad instar eiusdem Thoracomachi faciem conueniet superinducere. Hoc igitur ut diximus, Thoracomacho induto, cui græca appellatio, ex tuitione corporis nomen adsumpsit, focietiam, hoc est, calcem tectis, & ferratis oreis indutis, superposita galea & scuto vel gladio lateri aptato, arreptis lanceis in plenum, pedestrem futururus pugnam, miles armabitur.

Thoraco-
machi.

Verum hoc etiam mutatum, nec diu in vsu fuit. nã contra vim hastarum, maxime quibus tenue ferrum nihil potuit, deinde in pellium paratura sumptus, & opera magna adhibenda fuit. Grauiissimum vero, quod textu laneo inuoluti sudore deflueret, & in acie debilitarent gestantem.

Arma for-
tia & leuia
haberi vix
possunt.

Hinc apparet omnia in eo posita, ut leuia essent, ut impenetrabilia tegumenta, quæ duo si quis Imperator iungere posset, ne ille facile orbis terræ imperium obtineat.

Hinc tot mutationes armorum, & in hodiernum vsque diem. Primum ferrea, seu ærea tegmina, deinde lignea & coriacea, iterum ferrea, atque ærea, aliquando leuia, quandoque grauiora. Dio ait Macrinum squammatos thoraces abstulisse, & scuta quæ canalium, sed imbricum instar erant, quo ad pugnam faceret expeditiores, sed ut habiliores, ita quoque infirmiores, & magis obnoxios fecit.

CAPVT XVI.

Arma, quibus hostem ledimus cominus.

§. 1. **A** RMA quibus hostem offendimus multiplicia sunt. Neque enim res vlla est, quã non in hominum perniciem homines vti possint, & aliquando vsi sint. Non gladijs modo, & telis homines confectos, sed puluini quoque & ros suffocatos legimus. tuba etiam, tympanoque pugnamus, & sono hostem fugamus: Quin pars hostium de suo corpore præbet arma. 2. Reg. 2. 6. Apprehenso vnusquisque capite comparis sui gladium desuper in latus contrarij. Capilli itaque arma erant, vti & gladius. adeo ut minus ridicu-

lum Thesei institutum videatur, qui capillum radi voluit, ne aniam hostibus præberet; quod Alexander Magnus in barbâ iussit imitari suos. Thascorum, & Carthaginensium feminae, capillos pro machinis necandis, & nauium funibus dederunt. Polyæn. l. 8. Aquileienses in neruos arcuum impenderunt; Fulg. l. 7. c. 6.

Arma itaque quibus hostem ferimus, opprimimusque, sunt quibus cominus, vel quibus eminus pugnamus. Illa quibus cominus res geritur, non ita mutata sunt; alia valde diuersa sunt.

§. 2. Arma quibus hostis læditur cominus multiplicia sunt. Enses plerumque gentium habuerunt. Primum singularem, deinde duos gestarunt, præter enses oblongum paramerium, vel parazonium, siue pugionem, aliquando ad dextrum, quandoque ad sinistram latus: dextrum meminit Polybius, sinistrum Iosephus lib. 3. de bello Iudaico. Romani post bellum Punicum secundum Hispanienses gladios gesserunt. Punctum eo potius, quam casum vtuntur. Nam casum pugnantem derisere Romani, raro enim plaga mortifera est, & latus nudat. Interdum tamen & casum; Seneca de benef. Galeam macharã hispanica diuisam ait. Iulius l. 31. Postquam gladio Hispaniensi, detruncata corpora, brachijs abscissis, aut tota ceruice defecta, & sceditatem aliam vulnere viderunt. Nunc diuersa genera gladiorum ad utramque pugnam habentur.

Ensis longus
& pugio.

Equiti gladius longus datus. Ioseph. l. 3. de bello. Equitibus gladius est ad dextram oblongus, & contusus item longus in manu. scutum ad latus equi transfertur, & in pharetrâ portantur tria, aut plura iacula, culpe lata, & hastis magnitudine non cedentia. Galeas & loricas omnes habent, vti pedes.

Gladius longus
equitum.

§. 3. Hasta alia grandis est, qua cominus pugnatur, alia vero iaculatoria; Strabo lib. 10. *Διτμήτης ἢ τῶν δορυτῶν χεῖρς, ἢ μὲν ἐκ χειρὸς, ἢ δὲ αἰς πελτοῖς. καὶ ἡ περὶ καὶ ὁ κόντος ἀμφοτέρω τῶν χεῖρς ἀποδιδοῖται, καὶ γὰρ οὐκ ἀδύνατον χεῖρ μὲν καὶ κόντος ἐκτείνειν, ὡς περὶ καὶ ἡ οὐκ ἰσοσα δυνάμει, καὶ ὁ ὅστος.*

Nostri his solis hodie vtuntur cominus, iacula cætera vñe bombardæ abstulerunt.

Secures fuere longiores, quibus nostræ bipennes seu Hallabardæ successerunt, huc referunt salibam, vel Tricium siue Martiobarbulum, quibus scuta perfingebant, Vegetius lib. 1. cap. 17. In Illyrico dudum due legiones fuerunt, quæ sena milia militum habuerunt: quæ, quod his telis scienter vtebantur & fortiter, Martiobarbuli vocabantur. Per hos longo tempore strenuissime constat omnia bella confecta: vsque eo, ut Diocletianus & Maximianus, cum ad imperium peruenissent, pro merito virtutis hos Martiobarbulos, Iouianos, atque Herculanos censuerint appellandos, eosque cunctis legionibus prætulisse doceantur. Quin autem Martiobarbulos insertos scutis portare consueverunt: quos si opportunè milites iaciunt, propè sagittariorum scutati mutuari videntur officium. Nam hostes, equosque, consanciant, priusquam non modo ad manum, sed ad ictum missilium potuerit perueniri.

Secures.

Martiobar-
buli.

Apud Leonem tamen Martiobarbuli sunt iacula. Turnebus à piscibus barbulis dictos putat.

§. 4. Acides teretes erant, & cum in hostem iactæ essent; funiculo reuocabantur; Careiam vel Caiam etiam dictam putant.

Ropalæ, ca-
sus.

§. 5. Malleos etiam ferre consueuerunt maxime equites, quorum loco, nunc latos gladios gerunt. Huc pertinent, & ἑστῆλα, castusque.

Laqueis etiam vsi sunt, quemadmodum reti, seu reticulari laqueo retianj. Tyrij Macedones cum tures ad oppugnationem promouerent, retibus illaqueabant, sternerantque; Diod. l. 17. de Finis, idem ait Olaus Magnus.

CAPVT XVII.

Arma quibus hostem ledimus eminus.

PILVM Romanis iaculum, fuit cubi-
torum quatuor & semis, siue septem pedum,
paulo minus vt Lipsius docet. Ferrum par ligno, sed
dimidia parte infixa, vel affixa ligno, ferrum aliquan-
do quadratum aliquando trigonum, crassitudine digi-
tali, Vegeti⁹ ait Scutatos pedites, & loricos equi-
tes saepe transuerberare. Vis ei tanta erat à Tibullo
tribuitur, vt lento perfergerit obula pilo. ferrum latum ei
tribuit Virgilius. Lato crispans hastilia ferro.

Florus ingentia pila, gladiis comparat; circa mu-
cronem hamata erant, ne extrahi possent, in scutis i-
taq; harebant, eaq; grauant, quod impedimentū
vt maius esset, Marius effecit, vt inlesterentur. Inter-
dum duo scuta perforabant, & connectebant.

Pila alia erant ab hastis velutum, has graeci *πύλακες*,
illa *όστρος* appellant. Velites etiam *πύλακες* dixe-
runt. Polybius ita describit. Telum pili lignum habet lon-
gitudine plerumque bicubitali, crassitudine digitali. Spiculum
vnius spithame, palmi inquam maioris, ed⁹ v⁹ attenuatum &
acutum, vt mox primum post iactum necessitas ostendatur, sitq;
inhabile ad remittendum: alioqui commune fieret telum.

Septena iacula quaternum pedum data sunt sin-
gulis; Ligni longitudo trium pedum, ferrum palmi
magni, siue dodrantalis paulo minus pede. facile ita-
que fuit septenas hastulas ferre manu.

Partim pilo, partim hasta velitari similis est Sibü-
na, siue Sybina, Graecis Illyrisque vsitata, in venatib.
potissimum vti sunt. Pilorum licet vis interdum ex-
aggeretur, tamen constat ordinarie infirmam fuisse.
Nam plerumq; ex equo & inferiore loco irrita cadebant.

Litius l. 7. Præter virtutem locus quoque adiunxit,
vt pila omnia, hastæq; non tanquam ex æquo missa,
vana (quod plerumq; fit) caderent, sed omnia librata
ponderibus figerentur. At nostra tela quocunque ex
loco efficacia sunt.

S. 2. Equitum hastas veteres, & nouas nobis Poly-
bius describit. Hasta etiam dupliciter inutiles is erant. quod
& graciles faciebant ac tremulas, eoq; nec collinare recte pore-
rant & scopum tangere, & primum cuspidem in aliquo de-
figerent, concussa ipso motu equorum pleraq; frangebatur. Ad-
do quod sine in a cuspidem facta, solam plagam iectumq; primore
parte dabant: eaq; defacta reliquum inutile, & inefficax is
erat. At vero scuti habebant ex bouillo corio, vmbilicatis pla-
centis simillimum, quas in sacrificiis solent apponere, quibus nec
in pugna commodè erat vti, quia firmitatem non habebant; &
ab igne corio soluto aut vitato, inutilia & olim & nunc sunt
prorsus. Idcirco improba eorum vsio cum esset, statim assumpse-
re Græcicam paraturam armorū, in qua hastarum quidem
prima cuspidis plagam directam & validam esse cōtingit, quo-
nam stabile & immobile hastile est; itemq; ex transumptione,
ima cuspidis vsu firmum ac violētum. Eadem ratio in scutis.
Nam & in aggressionē & oppositionē stabilia & firmiter cetera
manent, quod cum vidissent, imitati sunt statim.

Optime Lipsius; cū Brutus & Tarquinius per par-
mas vulnerati conciderent, non hastas fortes, sed par-
mas infirmas fuisse docet. Non igitur magni fuit ve-
terum armatura, quā ipsi principes cā tuti nō essent.

S. 3. Hastam longam habuisse equites constat, qui-
bus conciderent, vt nostri lancearii. Nostri nunc eas
firmant ad latera, vt toto pondere & impetu idē per-
ferant, tum quia ferrū etiam a posteriore parte cuspi-
datum habebant, quem *οὐρομένη* vocabant, putat
Lipsius eo caruisse, quod si fuit, multo infirmior ictus
inferebatur. Sed credo clauū, vncum aut simile quid
fuisse, quo ad corpus sedentis firmaretur hasta, *οὐρο-
μένη* autem liberum fuisse. Nam obniti genibus pote-
rant, vt Syluius ait.

Sustentata genu per campum pondera cori;
Sarmatici prona aduersos vrgebat in hostes.

Alia iacula quæ tria aut quatuor in pharetra gerebāt,
infirma erant, & iacienti potius, quam cominus pu-
gnanti idonea.

Cylindrorum etiam vsus & saxorum à Marcellino
ostenditur. Nonnulli, inquit, scalas vehendo, ascensuq; ex o-
mnī latere parantes, sub oneribus ipsis obruebantur, contrusis
per pronum saxis, & columnarum fragmentis ac cylindris.

S. 4. Tribulos Romani contra spargere soliti, He-
rod. l. 4. Romani quotiens pedem conferebant, facile scil. ad-
uersarios superabant: postea vero quam ab equitatu & came-
lorum multitudine premebantur, fugā simulatā tribulos, alia-
que machinamenta ferrea acuminata proiciebant. que sub a-
renā latentia, neq; cuiquam conspicua, perniciem equitibus, &
camelorum infessoribus adferebat. quippe illis calcatus equi, po-
tissimum vero camelis (quoniam huic generi mollissima sunt
vngula) sub idē claudicabant, excussus tergo infessoribus.

CAPVT XVIII.

Arma viua,

S. 1. Equis bellatoribus vtuntur, alijsq; animalibus,
tanquam instrumentis animatis; itaq; & arma
dici possunt: equidem siue bipalio, siue bubus terram
euertat agricola, tam boues, quam ferrum in istumē-
ta sunt.

S. 2. Antiquissima priscomum arma fuisse equi curu-
les, curtus ferrati, falcati. Quadrigæ etenim falcate o-
lim summo timori erant. In factis litteris frequenter
memorantur. Exod. 14. Pharaō iungit sexcentos cur-
tus electos. Deut. 11. 4. & 20. 1. Josue 11. 4. & 17. 16. fer-
rei curtus. Jud. 1. 19. & 4. 13. nongentos habet Sisara. Et
1. Reg. 13. 5. Philistini habent triginta millia curuum,
& sex millia equitū. 3. Reg. 9. 9. muniuntur ciuitates
curuum. Item 2. Par. 8. 6. & 9. 25. In illis robur & fidu-
cia. Judith. 9. 6. 11. 31. 1. & 36. 9. & 37. 24. & 66. 15. quasi
turbo quadriga eius. Antiochus & Mithridates cur-
ribus etiam vti sunt. Tandem euahuerunt, & nunc
prorsus inutiles sunt ad pugnam: Vegetius cautam
reddidit l. 3. c. 24. Quæ vi primo magnum inulere terrorem,
ita postmodum fuisse derisui. Nam difficile curtus falcatus pla-
num semper inuenit campum, & leui impedimento retinetur:
vnoq; afflicto aut vulnerato equo decipitur. Sed maxime hac
Romanorum militum arte perierunt. Vbi ad pugnam ventum
est, repente toto campo Romani tribulos abiecerunt; in quos
currentes quadrigæ cum incidissent, deletæ sunt. Tribulus a-
quiles. tem est quatuor palis confixum propugnaculum, quod quomo-
do abieceris, tribus radiis stat, & erecto quarto infestum est.

Erant & alij curtus, seu currodrepani, qui duobus
aut singulari equo trahebantur. quales exhibet nobis
Vegetij interpres doctus, & diligens Godeschalcus
Steenvechius.

Effedarios nobis Cæsar ad miraculum prope au-
daces, expeditosque describit. l. 4. Genus hoc est ex effedus
pugna: Primò per omnes partes perequunt, & tela conici-
unt; atq; ipso terrore equorum, & strepitur rotarum ordines ple-
rumq; perturbant. & cum se inter equitum curtus insinuant,
& ex effedus desiliunt. & pedes proliantur. Aurigæ interim
paululum e prælio excedunt, atq; ita se collocāt, vt si illi à mul-
titudine hostium premantur, expeditum ad suos regressum ha-
beant. Ita mobilitate equitum, stabilitatem peditum in præ-
lio præstant, ac tandem vsu quotidiano & exercitatione effi-
ciunt; vt in declin ac præcipiti loco equos sustinere, & breui
moderari ac flectere, & per temonem percurrere, & in ingo in-
sistere, & inde se in curtus celsissime recipere consueuerint.

Curtus falcatos describit nobis Curtius l. 4. Ipse an-
te se falcatos curtus habebat, quos signo dato vniuersos in ho-
stem effudit. ruebant laxatis habenis aurigæ, quo plures nodum
satis prouiso impetu prouiderent. Alios ergo hasta multum vi-
tra temonē emittentes, alios ab vtroq; latere demissa falcem lace-
rantes.

οὐρομένη

Tribuli.

Equi curu-
les, & cur-
tus.

Olim in
curribus
robur.

Nunc inu-
tiles.

Effedarii.

Falcati

curtus.